Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sicut dicit scriptura: flumina de uentre eius fluent
aque uiue. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi
erant credentes in eum. Offertorium. Domine conterere et cipe
animam meam saluum me fac propter misericordiam tuam. Secreta. Concede
nobis domine deus noster: ut hec hostia salutaris
et nobis fiat purgatio delictorum et tue propitiatio ma-
iestatis. Per dominum. Communio. Omnipotens uirtutum ipse est rex glorie. Cum pl.
Sacramenta tui quesumus domine propitiatio salutaris et
purificationem nobis prestent et medelam. Per eum pl.
Da quesumus domine populo tuo salutem mentis et corporis
ut bonis operibus inherendo tua semper mereatur
protectione defendi. Per. Feria tertia. Introitus.
Expecta dominum uiriliter age et confortetur cor tuum et sustine
dominum. Ps. Dominus illuminatio mea et salus mea quem timebo. Oratio.
Hostia tibi quesumus domine sint accepta iejunia que nos
et expiando gratie tue dignos efficiant: et ad
remedia perducant eterna. Per. Lectio daniel prophete.
In diebus illis congregati sunt babilonii ad re-
gem: et dixerunt ei. Trade nobis danielem: qui
bel destruxit et draconem interfecit. Alioquin in-
ficiemus te et domum tuam. Vidit ergo rex quod
urruerent in eum uehementer: et necessitate com-
pulsus: tradidit eis danielem. Qui miserunt eum
in lacum leonum: et erat ibi diebus sex. Porro in la-
cu erant leones septem: et dabantur eis quotidie
duo corpora et due oues: et tunc non data sunt eis
ut devorarent danielem. Erat autem habacuc prophe-
in iudea: et ipse coquebat pulmentum: et intriuerat
panes in alphiolo: et ibat in campum ut ferret
messoribus. Dixitque angelus domini ad habacuc: fer
prandium quod habes in babilonem daniel qui est